



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

2. In quibus rebus dehonoratur nomen Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

hæc omnia dona Dei sunt: igitur qui gloriatur, in Domino gloriatur, 1. Corinth. 1. Hierem. 9. Hæc est maxima virtutum vna, non querere propriam gloriam, sed solius Dei nomen sanctificare, atque illi honorem ascribere in omnibus rebus & factis. Sic enim à nobis nomen sanctificatur Dei, & hoc Deo placet, qui humilibus dat gratiam, & superbis resistit, Iacob. 1. ad illos inquit: Amice ascende superius. Postremo, nomen Dei à nobis sanctificatur, quando ipsum nomen Dei nobis preciosum est atq; sanctum, ne illoriamur in rebus non sanctis, sed potius in peccatis, quam in rebus salutaribus, quod fit peiurando, conuiciando, maledicendo &c. aut quando in rebus leuibus vitimur nomine Dei sine vlla reuerentia, timore aut honore, id quod vix vnus seruat, & ij faciunt contra præceptum secundum primam tabulam, Non assumes nomen Dei tui in vanum &c. Vt igitur diabolus nos non impellat ad varia illa flagitia, rogandus est Deus vt nobis donet quatenus nomen suum nobis sanctum sit, quod super nos est inuocatum & super alias res sanctificatas per nomen Dei.

Secundo, conqueritur Dominus per Prophetam 2. Esai. 52. inquit: Iugiter & tota die nomen meum blasphematur, id est, peruersi fideles qui confitentur se non nosse Deum, attamen factis negant, ad Titum faciunt vt Deus blasphemetur ab infidelibus & gentibus, quæ sic dicunt: Illène Deus est, qui habet tam pessimè viuentes, & enormia facinora perpetrantes, pro suis cultoribus & adoratoribus? quomodo potest esse verus eorum Deus, cum tales permittat viuere? Qui igitur se inquinant periurio, adulterio, superbia, blasphemia &c. illi Deum inhonorant, & sunt illi scandalum, quia eum non timent, nec reputant pro Deo vero, & faciunt malo suo exemplo, vt etiam à gentibus nomen Dei blasphemetur. Vnde dicit per Prophetam Malach. 1. Si ergo pater ego sum, vbi est

vbi est honor meus? Et si Dominus ego sum, vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum? Quilibet tenetur ad laudem nominis Dei semper & omni tempore sicut Psalmista dicit: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo: & tenetur operam dare, vt ab alijs & vbiq; nomen Dei honoretur & glorificetur, non blasphemetur: Blasphematur autem, quandò doctrina falsa pro vera docetur: vbi falsitas honoratur, & veritas nominis Dei dehonoretur: quandò verbo Dei non creditur, si vbi nomen Dei blasphemetur, quasi verax non sit: sic qui negat fidem Christi, & qui dicit Deum patrem suum in coelis, & tamen non vult obedire Deo & seruare eius praecepta, hæc contumelia in Deum est, sicut patri carnali est indecorum, si filiū habet indisciplinatum, & sic dicit Deus Ezech. 36. Nomen meum blasphematur inter gentes propter vos, &c. Rom. 3. Nomen Dei per vos blasphematur. 2. Petr. 2. Per quos via veritatis blasphematur.

3. Tertiò, Tobia 1. legitur, quomodò Tobias in Hierosolyma intrabat templū Dei, & ibi adorabat & sanctificabat nomen Dei, & nolebat inhonorare Deum, adorando vitulos aureos quos erexit Ieroboam, 3. Reg. 12. & Dominus fuit cum eo. Et Christus promittit copiosam mercedem in cælo ijs, qui propter gloriam nominis sui odio habentur Matt. 5. Sic quoque Deus promittit 1. Reg. 2. Quicumq; honorificauerit me, glorificabo eum, & Psal. 14. Timentes autē Dominum glorificat. Qui ergo de honore & sanctitate nominis Dei augenda cogitat, vt hoc semper laudetur & glorificetur ab omnibus, is iterum glorificabitur omni honore & fortuna hīc & in futura vita: qui autem blasphematur per se, aut occasionem alijs dat, is quoq; punietur in hac & post hanc vitam. Nec euadet pœnam, qui nomen Domini facit blasphemare, sic dicitur Dauidi 2. Reg. 12. Verū tamen quoniam blasphematur.

LI  
blasphematur, qui  
Sennacheribum, & f  
nec defertur de popul  
Balaam p  
nicari po  
retur, &  
tur, & no  
lia homin  
nam Bala  
coram fil

D

1. Qu  
2. Qu  
3. Qu  
in  
in



putat hon  
tiam don  
tur contr  
firiam ad  
3. Beati qu  
firia Chr  
ra Deo po